

Exemptio a solutione decimarum, & quorumcumque onerum, & impositionum. *Alia, similem Pontificis concessione fecit quas aut minus necessarias praetermissi.*

stant, ac ad hoc, necnon ad alia eis, & ipsorum Ecclesiis, atque locis praedictis, quae unum corpus existunt pro tempore incumbentia expensarum onera Ecclesiarum, atque locorum huiusmodi vix suppetant, & quandoque non sufficiant facultates.

§. 2. Nos praemissa debite compensantes, ac attendentes quod praefati Canonici, & in vita continentia, ac sanctimonia, aliisque pluribus, & diversis virtutibus, ac fructuosos operibus in dies multiplicant, & fidelibus, partium in quibus pro tempore moram trahunt, castitatis, humilitatis, atque multiplicis virtutis exemplum fore noscantur: necnon propterea, eis, & statui ipsorum, ne ob facultatum carentiam minuantur, sed ut sublati ab ipsis dispendiis, aliisque extraordinariis oneribus quibuslibet, in numero operibus, & virtutibus supra praedictis augeantur, quantum cum Deo possumus providere volentes, motu proprio non ad dictorum Canonicozum, vel alterius pro eis nobis super hoc oblata petitionis instantiam, sed de nostra mera liberalitate, universis Canonici de Collegio, sive de Congregatione huiusmodi, qui nunc sunt, & de cetero perpetuis futuris temporibus erunt, necnon eorum Ecclesias, domus, atque loca, praesentia, & futura, ac etiam possessiones, domus, res, census, iura, atque bona ad Canonicos, & ipsorum Ecclesias atque loca praedicta nunc, & imposterum spectantia, omnia, & singula ubicumque consistentia, quorum qualitates, quantitates, loca, vocabula, confines, ac fructuum, reddituum, & proventuum annuos, aliosque eorumdem veros valores praesentibus haberi volumus pro expressis, necnon quoscumque colonos, & laboratores, super possessionibus, & bonis ipsis pro tempore commorantes, ceterosque quo ad hoc ipsorum Canonicozum praesentium, & futurorum procuratores, negotiorum gestores, affectuarios, & pensionarios, in quantum Ecclesias, domus, loca, res, census, iura, atque bona contingunt, ab omnibus, & singulis datis, impositionibus, subsidiis, etiam caritativis, ac decimis, aliisque oneribus, contributionibus, & exactionibus quibuscumque nominibus nuncupentur per nos, vel Sedem Apostolicam, aut Legatorum eius, seu nostra vel dictae Sedis auctoritate, aut per locorum Ordinarios, seu eorum Cleros, vel eorum aliquem, seu aliquos, aut alias quomodolibet, ex quibusvis causis, etiam legitimis, & rationabilibus, impositis haecenus, & imposterum imponendis, ac ab illorum, & cuiuslibet ipsorum persolutionibus, auctoritate Apostolica ex certa scientia, tenore praesentium, de specialis dono gratiae perpetuo eximimus, & totaliter liberamus, ac prorsus, & omnino libera, & exempta perpetuo esse decernimus, & declaramus.

Clausula huiusmodi privilegii praeservative.

§. 3. Volentes etiam, ac scientia, & auctoritate praedictis statuente, & concedentes, quod nulla per nos, vel Sedem praedictam in genere, vel in specie, sub quibusvis formis, aut verborum expressionibus, necnon decretis irritantibus, & cum

quibuscumque etiam clausularum individualium, & quod illis nisi sub certa forma minime derogetur, neque derogatum fuisse censeatur, vim & effectum habentium, ac huiusmodi formae, sive illa servata fuerint, sive non, prohibitoris, aut alias effectui praesentium praedictis clausulis, concessa haecenus, vel imposterum concedenda, literae, privilegia, & indulta etiam, contra exemptas personas, Ecclesias, loca, atque bona quaecumque se extendentia, quorum omnium tenores, ac si de verbo ad verbum inserti forent huiusmodi praesentibus etiam haberi volumus pro expressis, nisi in illis tenor eorumdem praesentium de verbo ad verbum insertus, ac de nominibus, & cognominibus Ecclesiarum, & locorum praedictorum specialis, & expressa mentio facta fuerit, exemptioni, & liberationi, necnon decreto, & declarationi nostris huiusmodi aequaliter praedictis possint, seu debeant. Quinimo huiusmodi praesentibus literae ac contenta in eisdem plenariam roboris firmitatem obtinent, ac exemptio, & liberatio nostra praedicta plenarie, & effectualiter observentur perinde in omnibus, & per omnia, ac si tunc alia litera, privilegia, ac indulta praedicta nullatenus emanassent, quibus ex nunc prout ex tunc, quoad hoc specialiter derogamus, illis alias in suo robore permanentibus.

§. 4. Et nihilominus omnibus, & singulis civitatum, terrarum, castrorum, atque locorum quorumlibet dominis, dominis, communitatibus, eorumque, & aliis quibusvis officialibus, praesentibus, & futuris, ceterisque personis, tam Ecclesiasticis, quam secularibus, cuiuscumque gradus, status, vel conditionis existant, etiam si Patriarchali, Archiepiscopali, Episcopali, Abbatiali, aut alia quavis Ecclesiastica, seu mundana dignitate praesulgeant, auctoritate Apostolica supra praedicta harum serie, monemus, mandamus pariter, & inhibemus de cetero, ne ullo unquam tempore perse, vel alium, seu alios quovis quaestio colore, directe, vel indirecte, contra exemptionem, liberationem, decretum declarationem, ac tenorem praesentium huiusmodi, in toto, vel in parte, venire, facere, aut aliquid attentare audeant, vel praesumant. Alioquin in illos ex eis, qui a die sibi de praemissis factae notitiae infra tres dies immediate sequentes, monitioni, seu inhibitioni huiusmodi pro tempore non paruerint, ex nunc prout ex tunc excommunicationis sententiam harum serie proferimus, & promulgamus, a qua a nullo alio, praeterquam a Romano Pontifice, absolutionis beneficium nequeant obtinere, nisi in mortis articulo constituti.

§. 5. Non obstantibus praemissis, ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque. Aut si Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, Dominis, Communitatibus, Officialibus, & personis praedictis, vel quibusvis aliis, communiter vel divisim, ab eadem Sede indultum existat, quod interdicti, suspendi.

Inhibitio contra quoscumque exactores aliosque officiales.

Clausula derogatoria.

Nulli

Dat. die 7 Junii 1442. An. XII.

Ex Rainoldo continuat. Annal. Tom. xvii. pag. 324.

Judei concessione Pontificis abusi.

Nulli ergo &c.

Nulli ergo &c. Si quis autem &c. Datum Florentiae, Anno Incarnationis Dominicae MCCCXLII. Septimo idus Junii, Pontificatus nostri Anno XII.

XXIX.

Edictum contra Hebraeos, quibus publica munera gerere, & Christianis cum iis vesci, bibere, in eadem versari domo &c. interdicitur.

EUGENIUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

§. 1. Dudum ad nostram audientiam deducto Judaeos in Castellae, & legionis, Regnis, ac Dominis charissimi in Christo filii nostri Joannis dictorum Regnorum Regis consistentes, certis indultis, & concessionibus eis a Sede Apostolica ad futuram rei memoriam concessis, adeo erronee, & perverse interpretari, ut iis, que eis gratiose, & ad bonum, ac honestum finem, & effectum concesseramus, illi abuterentur, multaque sub eo pretextu in honesta, & turpia committerent, ex quibus Christianae Religionis, & fidei puritas non parum laedebatur, & mentes Catholicorum Christianifidelium saepe scandalum patiebantur, nos concessionibus, privilegia, & indulta per nos Judaeis Regnorum, & Dominorum praedictorum, ut praemittitur concessa usque ad terminos juris comunis dumtaxat operari, nec ullatenus aliquo pacto se extendi, nec aliam quam ipsius juris comunis interpretationem pati, aut recipere per alias nostras literas decrevimus, & declaramus, prout in eisdem literis continetur.

§. 2. Cum autem sicut veridica relatione, non sine dispendia grandi, percipimus, licet a diversis Romanis Pontificibus praedecessoribus nostris de Judaeis, & Saracenis, quamplura salubria constitutiones, & decreta, ac decretales Epistole emanaverint, praefati tamen Judaei, & Saraceni in praefatis Regnis, & Dominis commorantes propriis affectibus, & antiquae eorum perfidia incumbentes, dum Constitutionum, Decretorum, ac Decretalium Epistolarum huiusmodi sensum legitimum ad sua vota non habent, ut illis eludere valeant, ad ulteriorum intellectum subadducant, veterem ipsorum malitiam, & temeritatem in Christianifideles continuare, & in dies eorum nequitiae praesumptuosius uti non vereantur, in maximum Christianae fidei vilipendium, animarum quoque periculum pariter, & iacturam, nos, ut Judaei, & Saraceni praedicti, ac illorum fautores impii Christiani penarum impositionibus territi vereantur in antea in eorum perniciosos ausus relabi, & Christianifideles in sua persistentes infidelitate constanter non habeant propter illorum claudicare perfidiam, remediis quibus possumus, prout ex debito Pastoralis Officii tenemur, praecavere cupientes ad orthodoxae fidei Catholicorum. Tom. III. Pars III.

lica corroboracionem, & exaltacionem praesentis perpetuo valiturg, & irrefragabiliter observanda Constitutionis edicto, auctoritate Apostolica omnia, & singula Constitutiones, Decreta, & Decretales epistolas praedictas quorum omnium tenorem de verbo ad verbum praesentibus haberi volumus, promiscue innovamus.

§. 3. Necnon sancimus, statuimus, & ordinamus, quod deinceps perpetuis futuris temporibus Christiani cum Judaeis, & Saracenis comedere, aut bibere, seu ipsos ad convivia admittere, vel eis cohabitare, aut cum ipsis balneare, vel ab eis infirmitatis, aut debilitatis, seu alio quocumque tempore medicinam, vel potiones, seu vulnerum, aut cicatricum curaciones, sive aliquid medela genus recipere non debeant, ac Christiani non permittant Judaeos, & Saracenos contra Christianos dignitatibus secularibus praefici, vel officia publica exercere.

§. 4. Iudaei quoque, & Saraceni non possunt esse arrendatores, collectores, conductores, seu locatores fructuum, bonorum, vel rerum Christianorum, seu eorum computatores, procuratores, & economi, negotiorum gestores, negotiatores, proxenetes, concordatores sponfalium, vel Matrimoniorum tractatores, obstetrices, seu in domibus, aut bonis Christianorum aliquid opus exercere, vel cum Christianis societatem, officium, aut administrationem in aliqua communione, vel arte, seu artificio habere, ac nullus Christianus Judaeis, vel eorum congregationi, seu Saracenis in testamenta, aut voluntate ultima aliqua relinquere possit, vel legare.

§. 5. Iudaei quoque Synagogas novas erigere, aut construi facere non valeant, sed antiquas dumtaxat non tamen ampliores, vel pretiosiores solito reficiant, & in lamentationum, ac Dominicarum passionis diebus per loca publica, seu publice non transeant, vel incedant, nec ostia, vel fenestras teneant apertas, & ipsi, ac Saraceni ad solvendum quascumque de quibusvis rebus, & bonis decimas astricti censentur, & contra eos in quibusvis casibus Christiani testes esse possunt, sed Judaeorum contra Christianos in casu nullo testimonium valeat, & apud Christianos Iudices, & communes dumtaxat, non autem apud Christianos Iudices pro eis specialiter deputatos, seu eorum Seniores Judaei, ac Saraceni in quibuscumque causis agant, experiantur.

§. 6. Nec possint Judaei, & Saraceni nutricem, vel familiarem, aut servitorem cuiuscumque sexus Christianum in domo tenere. Nec etiam Christiani in sabbatis, seu Iudeorum festivitibus Judaeis ipsis ignem accendant, vel cibum, aut panem, seu quodcumque aliud opus simile ad decorem cultus festivitatis ejusdem quomodolibet exhibeant, vel servitium, aut obsequium aliquid praestent, vel impendant.

§. 7. Seculares quoque Iudices Christiani Judaeos Deum, aut gloriosissimam beatam Mariam Virginem ejus Genitricem, F 2

Constitutiones Decreta &c. renovata.

Christiani cum Judaeis edere, vel bibere vetiti.

Prohibiti ab illis Pharmaca accipere.

Judaei vero, ne publicis praesideant maneribus.

Judaei, & Saraceni Decimas solvere jussi.

Vetiti familiarum, famularumve habere Christianos.

Iusti signum in vestibus habere.

Vetiti a Christianis usuras accipere.

Rescissa contrariis his decretis omnia.

Præcipitur omnibus ut novum hoc Decretum observent.

cem, vel aliquos Sanctos blasphemantes, aut in hoc quomodolibet delinquentes pecuniaria, vel alia graviore, de qua eis videbitur, pena puniant, & percillant.

§.8. Nec non omnes, & singuli Judei, & Saraceni cujuscumque sexus, & ætatis distinctum habitum, & notoria signa per quæ evidenter a Christianis cognosci possunt ubique deferant, & inter Christianos non habitent, sed infra certum viculum, seu locum a Christianis separati, & segregati, extra quem nullatenus mansiones habere valeant inter se degant.

§.9. A Christianis quoque usuras minime exigant, percipiant, vel extorqueant, necnon extorta a Christianis per usurariam pravitate illis, a quibus extorserunt, sine difficultate protinus restituant.

§.10. Et insuper, ut tam Christiani fideles, quam Judæi, & Saraceni in præfatis Regnis, & Dominiis commorantes prædicti presentes, & posterius ad decretorum, & decretalium epistolarum, ac prædictarum, & presentium nostræ Constitutionum hujusmodi observationem omnimodam noverint efficaciter se teneri, ne vigore, seu prætextu quorumvis privilegiorum, exemptionum, libertatum, immunitatum, concessionum, & indulgentiarum eis quomodolibet concessorum ab observatione prædicta valeant aliquatenus se tueri, omnia, & singula privilegia, exemptiones, libertates, immunitates, concessionem, & indulta per nos, ac felicis recordationis Martinum Papam V. ceterosque prædecessores nostros Romanos Pontifices, & alios quoscumque quibusvis eisdem Judæis, vel Saracenis in specie, vel genere sub quibuslibet verborum formis, & motu proprio, & sub quacumque forma, vel expressione verborum contra præmissa, vel eorum aliquot quomodolibet facta, vel concessa, quæ omnia similiter presentibus, ac si de verbo ad verbum inserta forent, pro sufficienter expressis haberi volumus, necnon quæcumque inde secuta eadem auctoritate cassamus, revocamus, & annullamus, ac nullius decernimus existere roboris, vel momenti.

§.11. Præterea dictum Regem ac universos, & singulos venerabiles Fratres nostros Archiepiscopos, Episcopos, & dilectos filios Principes, Dominos temporales capitaneos, armigeros, Barones, Milites, nobiles, communitates, & ceteros quoscumque Christi fideles Ecclesiasticos, & saculares in præfatis regnis, & dominiis commorantes, cujuscumque status, gradus, vel conditionis fuerint, obsecramus in Domino, & per aspersionem Sanguinis Domini nostri JESU CHRISTI exhortamur, eisque in remissionem suorum peccaminum, injungimus ut et ipsi decreta, decretales Epistolas, & constitutiones prædictas observent, & per eorum tam Christianos, quam Judæos, & Saracenos subditos faciant inviolabiliter observari, & nihilominus eisdem utriusque sexus fidelibus, ac Judæis, & Saracenis presentibus, & futuris præfatis præcipimus, & mandamus quatenus infra triginta dierum spatium a die publicationis

presentium in loco, quo ipsi degunt faciende computandorum, omnia, & singula decreta, decretales Epistolas, constitutiones prædictas, ac in illis, & presentibus nostræ constitutionis literis contenta observare incipiant, & observent, nec de cetero ullo unquam tempore contra præmissa, vel aliquod præmissorum in toto, vel in parte per se, vel alium, seu alios quovis qualitate colore directe, vel indirecte venire, facere, seu aliquid attentare audeant, vel præsumant.

§.12. Alioquin lapsis diebus eisdem in illos ex eis, qui nostris mandato, præcepto, literis hujusmodi non paruerint cum effectu si Christiani cujuscumque status, gradus, vel conditionis existant, etiam si regali, reginali, Patriarchali, Archiepiscopali, & Episcopali, aut quavis alia Ecclesiastica, vel mundana dignitate præfulgeant ex nunc prout ex tunc excommunicationis, si vero Judæi, vel Saraceni fuerint privationis, seu amissionis omnium bonorum suorum mobilium, & immobilium, quæ quidem bona, vel eorum pretium per Episcopos locorum, in quibus bona hujusmodi consistunt in fabrica Cathedralium, & aliarum Ecclesiarum, ac piorum locorum utilitate, prout eisdem Episcopis visum fuerit converti, & exponi volumus, sententias, quas eo ipso incurrant, harum serie auctoritate prædicta, proferimus, & promulgamus.

§.13. Non obstante felicis recordationis Gregorii Papæ Noni prædecessoris nostri, quæ incipit *Ex speciali*, & aliis Apostolicis constitutionibus ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Florentiæ Anno Incarnationis Domini millesimo quadringentesimo quadragésimo secundo sexto Idus Augusti Pontificatus nostri anno duodecimo.

XXX.

Separatio Fratrum Eremitarum S. Augustini Regularis Observantia Congregationis Ilicitanæ, & illi unitorum, a superioritate Prælatorum, non tamen Prioris Generalis totius Ordinis. Ac elargitio quarundam gratiarum, & indulgentiarum.

Alia de hoc Ordine vide in Alexandro IV. Constit. IV.

EUGENIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

Regimini universalis Ecclesiæ quamquam immerito disponente Domino præfidentes, curis perurgemur assiduis, & juxta creditæ nobis dispensationis officium circa subditorum quorumlibet, præsertim sub regulari observantia studium vacantium piæ vitæ, in quorum ubique prosperitate reficimur, statum salubrem, & prospere dirigendum sollicitudinis officio intendimus, & iis qui ad laudem, & gloriam divini nominis, sacrique cultus augmentum, necnon Religionis propagationem illius profu-

Christiani contra hæc tendentes anathemate percussit.

Judæi bonis multari jussi.

Datum die 8. Augusti Anno Domini 1442. Pontificatus nostri anno xii.

Exordium.

Generales Ordinis ab aliorum Prælatorum obedientia exemerant istam Congr.

Dederuntque ei licentiam Capitula congregandi, quæ Præsidem eligendi.

Et Vicarii generalis cuius est regimen d. Congregat.

Aliæque Ordinis indulgentiæ Congregationi concesserunt.

profutura cognoscimus, opem, & operam, quantum cum Deo possumus, impendimus efficaces, ut per nostræ operationis ministerium, & Apostolici favoris præsidium personæ hujusmodi, earumque Monasteria, & loca singulis ab eis sublati dispendiis prosperis gratulari eventibus, & in spiritualibus, & temporalibus felicia conspiciant incrementa.

§.1. Dudum siquidem nonnulli Generales Priores Ordinis Fratrum Eremitarum S. Augustini, Priorem, & Fratres, præfentes, & futuros, domos S. Salvatoris Silvæ Lacus dicti Ordinis Senensis diocesis sub regulari observantia ejusdem Ordinis degentes, & cujuslibet ab ipsa Generali Priore, inferiori obedientia, jurisdictione, & correctione eximentes, illas sub protectione sua assumpserunt.

§.2. Et quod dicti Fratres, singulis trionnis, singula generalia Capitula in mense Maii in una ex domibus ipsorum ad id per eorum Vicarium generalem deputanda celebrare, ac in hujusmodi Capitulis unum Præsidentem tunc celebrandi Capituli, cuius officium tantum triennio duret, & in cuius manibus antiquus Vicarius officium Vicariatus Fratrum S. Salvatoris resignare teneretur, & a quo ipse Vicarius ab hujusmodi officio absolvi deberet, quodque eundem Vicarium pro delictis per eum commissis, si puniendus foret, punire, necnon electionem novi Vicarii pro tempore canonice celebratam confirmare deberet primo.

§.3. Et deinde unum ex ipsis in ipsorum omnium, & singularum domorum Societatis Fratrum eorumdem generalium Vicarium erigere possent, quodque in Vicarium electum hujusmodi per dictum Præsidentem confirmaretur, & postquam confirmatus fuisset, omnes & singulos Fratres societatis hujusmodi easdem, ac prorsus similes jurisdictionem, & potestatem, quam in illos dictus Generalis Prior habet, & exercere potest, habere, & exercere, ac quotiens opus foret, omnes & singulos Priores domorum ejusdem Societatis, Priorem ipsius domus S. Salvatoris, quem per Fratres ejusdem domus S. Salvatoris, illos videlicet, qui in Capitulo vocem habent eligi, & ejus electionis confirmationem ad dictum Vicarium pertinentem, & quem Priorem singulis annis eligi, vel de novo confirmare voluerunt, dumtaxat excepto, quotiens opus foret, institui valerent, necnon ipse Vicarius si eisdem fratribus S. Salvatoris videbitur, dummodo annis singulis officium Prioratus hujusmodi resignet, eligi possit.

§.4. Nonnulla quoque alia diversa, assignationes, concessionem, licentias, gratias, & indulta concesserunt, quorum aliqua per generalia ipsius Ordinis Capitula, quædam vero auctoritate Apostolica confirmata fuerunt, Priori domus S. Salvatoris, & Fratribus Societatis hujusmodi in perpetuum successively concesserunt, prout in Apostolicis, & diversis eorumdem Generalium Priorum literis dicti Ordinis sigillo munitis de quibus nobis legitime constitit,

& quæ inspicere, & examinari fecimus diligenter, quorumque omnium tenores de verbo ad verbum presentibus pro insertis haberi volumus, plenius continetur.

§.5. Cum autem sicut accepimus, tam S. Salvatoris prædicti, quæ in exemptionis, assignationum, concessionum, licentiarum, gratiarum, & indulgentiarum eorumdem possessione existunt, quam S. Leonardi, & S. Marie de Monte Specchio, necnon S. Antonii supra Balneum Petrioli domorum dicti Ordinis, & prædictæ, ac Grossetanæ diocesis Priores, & Fratres, mundanis spretis oblectationibus juxta salutaria prædicti Ordinis instituta in hujusmodi observantia, exemplariter viventes, variis, & diversis hæcenus multiplicaverint sub caritatis, & ipsius observantia unionem virtutum, Domino jugiter famulando ad divini nominis laudem, & singulare, & præcipuum salutis plurimorum exemplum.

§.6. Nos qui ex injuncto nobis, licet immeritis, Apostolicæ servitutis officio, sinceris desideramus affectibus, ut per nostræ operationis ministerium singula religionum loca cum eorum personis, cum exultatione spiritus sub debito professionis obsequio culmina meritorum scandentibus vota in spiritualibus, & temporalibus suscipiant incrementa, directioni, statui, & conservationi Fratrum societatis hujusmodi providere volentes, ac sperantes, quod eorum vita laudabili, & fructuosis operibus prædictis, alia eis forsitan de cetero concedenda domus in eisdem spiritualibus, & temporalibus, prosperos atque felices successus dante Domino consequantur, ut ipsi Priores, & Fratres eo ferventius divinis beneplacitis se coaptent, quo se per Nos, & Sedem Apostolicam specialibus favoribus, & gratiis communitos fore conspexerint, eorumdem Prioris, & Fratrum in hac parte supplicationibus inclinati, auctoritate Apostolica, & ex certa scientia tenore presentium exemptiones, assignationes, concessionem, gratias, & indulta prædicta, ac omnia, & singula in prædictis literis contenta, & inde sequuta, cum infra scriptis tamen additionibus, & moderationibus approbamus, & confirmamus, ac presentibus scripti patrocinio communimus, supplementis quoque omnes, & singulos defectus, si qui forsitan intervenerint in eisdem.

§.7. Et nihilominus etiam pro potioris cautelæ suffragio, omnes, & singulos in S. Salvatoris, S. Leonardi, B. Mariæ, & S. Antonii domibus prædictis pro tempore degentes, Priores, & Fratres, ac domos ipsas, illorumque possessiones, jura, & bona mobilia, & immobilia quælibet ab omnibus dominio, potestate, superioritate, aliena jurisdictione Provincialis Provinciae, in qua domus prædictæ consistunt, & aliorum dicti Ordinis Fratrum quibuscumque, ipsius Ordinis, dignitatibus, vel officiis fungentium, presentium, & futurorum, Generali prædicti Ordinis Priore dumtaxat excepto, perpetuo eximimus, & penitus liberamus, necnon sub cura, regimine, gubernatione, & correctione Vicarii generalis per eas

Ista Congregatio antea est & in regulari observantia multum profecit.

Hic idem Pontifex hæc omnia approbat.

Disamque Congregationem regimini d. Vicarii committit.

Capitulum congregandi & eius Praesidentem eligendi facultatem tribuit.

per eas pro tempore eligendi submittimus, pariter & subiciimus.

§.8. Ac quod omnes, & singuli Fratres domorum praedictarum in aliqua ex eisdem domibus ad hoc per Vicarium huiusmodi deputanda, singulis triennis, vel alias quando, & quoties negotiorum personarum, locorum, & temporum qualitate, pensata, Vicario, & Visitatoribus Fratrum dictae Societatis pro tempore existentibus opportunum fore videbitur, servatis alias solemnitatibus, & caeremoniis in generalibus Capitulis Fratrum dicti Ordinis servari solitis, generalia Capitula Fratrum ipsius Societatis, ad qua dictus Vicarius, & singuli Priores domorum earundem ad minus si fieri poterit, cum singulis Definitoribus, illoque personaliter accedere sint adstricti celebrare, & in huiusmodi Capitulis, quamprimum inibi Fratres vocales congregati fuerint, unum in Praesidentem, tunc celebrandi Capituli, cuius officium tantum triduo duret, in eiusque manibus antiquus Vicarius officium Vicariatus libere resignet, & a quo ipse Vicarius ab huiusmodi officio absolvatur, quique electionem novi Vicarii canonice celebratam simul cum Visitatoribus dictae Societatis confirmare possit, & deinde aliquos Visitatores, ac subsequenter unum ex eis in ipsorum, ac omnium, & singularum domorum praedictarum generalem Vicarium, de cuius vita, & prudentia, & per eum in officio Vicariatus huiusmodi in sequenti Capitulo postquam a dicto officio fuerit absolutus, alias iuxta Constitutiones Ordinis antedicti inquiratur, & examinetur, necnon per dictum Praesidentem si puniendus fuerit, puniatur, absolvatur, & per Capitulum Societatis huiusmodi reeligatur, ac confirmetur, in omnibus, & per omnia, quemadmodum alias in generalibus Capitulis Fratrum dicti Ordinis Generalis Prior ipsius Ordinis inquiri, examinari, puniri, absolvi, reelegi, & confirmari consuevit, eligere possint & valeant.

Vicario in personis congregandis tribuit potestatem Prioris generalis totius Ordinis.

§.9. Quodque electus in Vicarium, qui per Praesidentem, & Visitatores praedictos confirmetur, postquam electus, & confirmatus fuerit, ut praefertur, in omnes, & singulos Fratres Societatis huiusmodi, eadem ac prorsus similes jurisdictionem, & potestatem, quas Generalis Prior dicti Ordinis pro tempore existens in illos habet, & exercere potest, habeat, & exercere possit nec non quotiens opus fuerit Priores domorum, & Conventuum praedictorum, Priore dictae domus S. Salvatoris, quem per fratres ipsius domus S. Salvatoris, illos vide licet, qui in Capitulo vocem habent annis singulis eligi, ac eius electionis confirmationem, nisi forsitan ipse Vicarius, qui lapsus anno ab officio Vicariatus huiusmodi eo ipso absolutus intelligatur, in Priorem eo ipso absque alia confirmatione, quod Vicarius in Priorem electus, confirmatus intelligatur, ad dictum Vicarium pertinere debere; volumus atque decernimus dumtaxat excepto, insituere, & amovere.

§.10. Praeterea quod in huiusmodi cele-

brandis Capitulis, dictus Vicarius cum aliquibus Definitoribus singularum domorum earundem, quacumque, quocumque, & quacumque statuta, & ordinationes, dum tamen regulae, aut Constitutionibus dicti Ordinis, ac Sacris Canonibus non obviant, sintque rationabilia, & honesta, edere, facere, & condere, ac eorum omnia, & singula, in toto vel in parte quotiens eis opportunum videbitur corrigere, mutare, illisque addere: ac dictus Vicarius ipse, omnia, & singula per censuras Ecclesiasticas, & alia iuris remedia, tamen, eiusdem juris apicibus, litemque anfractibus non servatis, per Fratres dictae Societatis irrefragabiliter observari facere.

§.11. Necnon Vicarius insimul cum Visitatoribus praedictis quotiens illos in loco in quo tunc ipse Vicarius commorabitur adesse contigerit, alioquin per se ipsum super statutis, & ordinationibus, necnon concessionibus, gratiis, & indulgiis, etiam per nos confirmatis, dummodo id super dispensatio requiritur alias Societatem, ipsam non concernat, quo casu ad generale Capitulum per fratres Societatis huiusmodi pro tempore celebrandum dispensatio pertineat, & dispensatio, qua per Vicarium, ac maiorem & maiorem partem huiusmodi Capituli, aut ipsum Vicarium, & Definitores praedictos fiet dumtaxat legitima, censetur dispensare.

§.12. Praefatus quoque Vicarius quotiens eum abesse contigerit, aut alias sibi videbitur, loco sui unum, duos, vel plures, & quot ei placuerint Vicarium, seu Vicarios cum facultate de qua sibi videbitur insituere, destituere, necnon ad domos dictae Societatis transmittere.

§.13. Et insuper Generalis Prior dicti Ordinis pro tempore (qui nullum ex Fratribus dictae Societatis ab ipsa Societate remove, nec aliquem ex Fratribus praedicti Ordinis cuiuscumque gradus, vel conditionis ipse Frater existat, ad ipsam Societatem, vel aliquam ipsius domum transferre absque Vicarii pro tempore, & maioris partis Societatis eorumdem consensu, quavis etiam rationabili causa, ullo umquam tempore possit) quotiens ei placuerit per se insimul cum uno ex Visitatoribus Societatis huiusmodi, quem ad hoc duxerit eligendum, ut per Vicarium dictae Societatis dumtaxat, & non per alium, unam, vel plures domum, vel domus, ac ipsam Societatem visitare, & secundum Constitutiones Ordinis, quos culpabiles repererit, corrigere, & punire.

§.14. Quodque Fratres domorum earundem praesentes, & futuri, ponere vinum, & alia ad victum necessaria, & ubicumque cum faccis, & sportis publice mendicandi quærere ac recipere.

§.15. Et si forsitan ullo tempore, aliquam seu aliquas Fratrum dicti Ordinis Societatem, vel Societates, sub regulari observantia eiusdem Ordinis degentium huiusmodi Societati uniri, & aggregari pro tempore contigerit, quod in hic unitarum Societatum Fratres, ac ipsae, unitae Societates

Et desuper dispensandi.

Aliumque loco sui ponendi, in casu absentiae.

Prioris generalis Ordinis suspensioe visitandi & corrigendi praeservat.

Elemosynas quæri permittit.

Congregationi praedictae, & aliis de obsequiis in dicta Ordinis communicat.

tates omnibus, & singulis exemptionibus, concessionibus, assignationibus, indulgiis, ac praesentibus nostris literis, & in eis contentis, uti pariter, & gaudere libere, & licite possint & valeant, eisdem auctoritate, & scientia perpetuo statuimus, decernimus, & ordinamus, ac Fratribus Societatis huiusmodi, praesentibus, & futuris quamdiu sub dicta observantia vixerint praedicta, ac de novo omnia, & singula exemptiones, concessiones, assignationes, gratias, & indulta per nos confirmata huiusmodi concedimus pariter, & indulgemus pro praesentes.

§.16. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus, ac literis, & privilegiis Apostolicis generalibus, vel specialibus, etiam si de illis, quorum omnium tenores, etiam praesentibus haberi volumus pro expressis, specialibus, & expressa, ac de verbo ad verbum mentio habenda sit, necnon dicti Ordinis iuramento, confirmatione, Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, ac literis Generalis Prioris dicti Ordinis pro tempore existentis, & de consensu generalis Capituli ipsius Ordinis sui quacumque forma forsitan in posterum emanandis, ceterisque contrariis quibuscumque.

§.17. Volumus autem quod si, quod absit, observantia huiusmodi in dicta Societate cessare contigerit, praesentes literae nullius sint roboris vel momenti.

Nulli ergo &c. Si quis autem &c.

Datum Senis, Anno Incarnationis Dominicae, Millesimo quadringentesimo quadragesimo tertio, octavo idus Septembris, Pontificatus Nostri Anno Tertio decimo.

Sequitur declaratio dictae Constitutionis. EUGENIUS PAPA IV. &c.

Ad hoc circa regularis observantiae professores eo diligentes paternae sollicitudinis, vices impendimus, quo fecundius illorum religio fructum in eos afferat salutarem, & laudabilibus in Domino possint jugiter proficere incrementis.

Nuper siquidem per nos &c. Omittitur insertio bullae, quia ipsa est qua praecedit.

§.1. Cum autem sicut exhibita Nobis nuper pro parte Priorum, & Fratrum praedictorum petitio continebat, quod ipsi Priores & Fratres dubitent, ne concessionibus, assignationibus, statutis, ordinationibus praedictis, & alia in dictis literis contenta ex frequentibus statutis per Capitulum Societatis huiusmodi, aut Vicarium, & Definitores praefatos forsitan faciendis in abusum vadant, illaque per non usum abrogentur; & a nonnullis quoque revocetur in dubium, an aliae Societates Fratrum dicti Ordinis eidem Societati absque Generalis Prioris praefati Ordinis, vel alterius licentia se uniri, dictique Priores, & Fratres S. Antonii supra Balneum Petrioli, & S. Mariæ de Monte Specchio domos praedictas dimittere possent, absque dictae Sedis licentia speciali. Et an quod de non amovendis, aut transferendis Fratribus per Generalem Priorem

Quibuscumque non obstantibus.

Limitatio bullae pro tempore duratura observantiae.

Datum die 6. Septembris 1443. An. xiii.

Exordium.

Dubia nonnulla excitata sunt super praecedenti constit.

ipius Ordinis in praedictis nostris literis statuimus, ad illius generale Capitulum extendatur, dictisque Generalis Prior loco poenae, seu poenitentiae aliquem ex Fratribus huiusmodi Societatis a dicta Societate, ad tempus remove, valeat, pro parte Priorum, & Fratrum Societatis praedictorum, Nobis fuit humiliter supplicatum, ut super his opportune providere de benignitate, Apostolica dignaremur.

§.2. Nos igitur ad omnes in praemissis ambiguitates, & dubium submovendum: & ut Priores, & Fratres Societatis praedictae, qui ut accepimus, sub regulari ipsius Ordinis observantia viventes de die in diem virtutum meritis, ac fructuosos operibus multiplicari noscuntur, liberari a noxiis, sua Altissimo vota reddere, ac personarum numero facilius augmentari valeant, providere volentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, per Vicarium dictae Societatis pro tempore existentem cum Visitatoribus praefatis quotiens ipsos in loco in quo praedictus Vicarius commorabitur adesse contigerit, alioquin per se ipsum super poenitentibus ex quacumque causa, etiam propter recessum ab ipsa Societate, vel alia, graviora crimina, & excessus Fratribus Societatis huiusmodi impositis, vel imponendis in toto, vel in parte, ac concedendis libris extra ipsorum Conventus, seu domos iuxta modum, & formam literarum, seu concessionum, per dilectum filium Magistrum Gerardum de Arimino tunc Generalem Priorem dicti Ordinis Fratribus praedictae Societatis, etiam sub excommunicationis poena, quam secus facientes eo ipso incurrent concessa, dumtaxat, & non alias, aut aliis casibus dispensare.

§.3. Et una, duae, vel plures, & quilibet Societates Fratrum dicti Ordinis praedictae Societatis Generalis Prioris, necnon generalis Capituli eiusdem Ordinis, & cuiuslibet alterius licentia super his nullatenus requisita, & quibuscumque mandato, ac prohibitione per Generalem Priorem, & generale Capitulum huiusmodi, aut illorum alterum in contrarium pro tempore factis, nequaquam obstantibus sub modis, & formis, necnon pactis, & conventionibus, de quibus eis videbitur se unire, & aggregare, ipsosque Priorem, & Societatis huiusmodi, S. Antonii, & S. Mariae domos praedictas, etiam absque dictorum Prioris, & Capituli, cuiuscumque alterius licentia dimittere.

§.4. Necnon Prior pro tempore, cum generali Capitulo dicti Ordinis, aut ipsorum quilibet de per se, antequam ex Fratribus dictae Societatis ab ipsa Societate remove, aut aliquem ex Fratribus eiusdem Ordinis cuiuscumque gradus, vel conditionis existat, quod praedictam Societatem, vel aliquam ipsius domum transferre absque Vicarii pro tempore, & maioris partis Fratrum Societatis eorumdem consensu quavis etiam rationabili causa. Et ipse Generalis Prior pro tempore, etiam consensu generalis Capituli Ordinis huiusmodi aliquem ex Fratribus praedictae Societatis quantumcumque culpa-

Dubii primi declaratio.

Dubii secundi declaratio.

Dubii tertii declaratio.

Prohibitio utendi gratis aut conferendi dignitates extra Societatem absque licentia.

Communicatio gratiarum cuiuscumque alterius Congregationis unienda.

Bona Fratrum ad Congregationem transferruntur sunt Congregationis.

Claufula derogatoriz.

Dat. die 13. Nov. 1443. An. xiii.

culpabilem, & criminofum extra domos ipsius Societatis punire ullo umquam tempore nullatenus possit, sed ipsum in eisdem domibus alias juxta culpas, & demerita ipsius secundum canonicas sanctiones, & instituta predicti Ordinis puniat, ac punire debeat.

§.5. Præterea, quod nullus ex Fratibus dictæ Societatis cuiuscumque status, gradus, vel conditionis existat in ipsa Societate, seu aliqua ipsius domo; quibuscumque exemptionibus, immunitatibus, privilegiis, gratiis, & indultis quorumcumque tenorum existant, eis in specie, vel in genere a Sede Apostolica, seu alias pro tempore concessis, uti, & gaudere, aut ad aliquas dignitates, præminentias, administrationes, vel officia dicti Ordinis extra dictam Societatem quæcumque, quotcumque, & qualiacumque fuerint, vocari, assumi, aut illis præfici, absque Vicarii, & Definitorum pro tempore, aut Capituli Societatis predictorum, siue majoris partis illorum licentia in scriptis, habita, & obtenta, nullatenus possit.

§.6. Quodque Priores, & Fratres Societatis huiusmodi, omnibus, & singulis exemptionibus, immunitatibus, privilegiis, gratiis, & indultis ipsi pro tempore unienis Societatibus per Generalem Priorem dicti Ordinis pro tempore, in specie seu in genere concessis, uti & gaudere libere, & licite valeant ex certa scientia, & auctoritate, Apostolica tenore presentium statuimus, decernimus, & ordinamus.

§.7. Ac præmissa omnia, necnon quod præfata Societas, juxta quamdam concessionem Priori, & Fratibus prædictæ domus S. Salvatoris per quondam Nicolaum Generalem Priorem dicti Ordinis concessam, de omnibus, & singulis bonis mobilibus, & immobilibus, presentibus, & futuris, omnium, & singulorum Fratrum dictæ Societatis, presentium, & futurorum quæcumque, quomodocumque, & qualiacumque huiusmodi bona fuerint, etiam si illa ipsis Fratibus ad eorum vitam concessa extiterint, plenarie succedant, ipsaque bona ad dictam Societatem cum Fratibus ad illam transfentibus eo ipso devolvantur, ac proveniant Priori, & Fratibus dictæ Societatis, presentibus, & futuris perpetuo concedimus pariter, & indulgemus.

§.8. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac omnibus, & singulis in aliis nostris literis predictis, quas alias in suo robore permanere, & quas, necnon presentes, in omnibus, & per omnia observari volumus, decernimus, atque mandamus, non obstat volumus, ceterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, quod si, quod absit, observantia huiusmodi in dicta Societate cessare contigerit, presentes literæ eo ipso sint cassæ, & irritæ nulliusque roboris vel momenti.

Nulli ergo &c.
Si quis &c.

Datum Romæ apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ Millefimo qua-

dringentesimo quadragesimo tertio, quinto Calendas Decembris, Pontificatus Nostri Anno Tertiodecimo.

XXXI.

Confirmatio Statutorum pro bono Camera Apostolicæ regimine editorum.

EUGENIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI.

Dilectis filiis Gentibus Camera Apostolicæ, Salutem, & Apost. Benedictionem.

IN eminenti Apostolicæ Sedis speculatione licet immeriti disponente Domino constituti, tamquam prudens Paterfamilias, qui cupit familiam domus suæ per viam mandatorum Domini incedere, normam illi tribuens, & ordinem honeste vivendi, recteque agendi, ita & nos libenter ad universam Romanæ Curie Officia, & eorum Officiales, & præsertim Camera Apostolicæ, ad quam Ecclesiarum, & Monasteriorum omnium, necnon etiam Urbium, Civitatum, Terrarum, Castrorum, Oppidorum, Villarum, & locorum Romanæ Ecclesiæ immediate subsectorum, spiritalia, & temporalia negocia peragenda deveniunt, ut cuncta ibidem pertractanda salubriter dirigantur, & feliciter gubernentur, ac iuste, & humaniter finiatur, & terminentur, attenta mentis sollicitudine vigilamus, tales in eadem Camera viros, & ministros deputare, qui Deum timeant, sint Ecclesiasticis dignitatibus præditi, bonis moribus redimiti, providentia circumspècti, rectitudine iusti, & sollicitudine vigilantes, sicque prudentes, & iuste, & in expediendis negotiis huiusmodi attente se habeant, ut cuncti ad eamdem Camera pro eorum expediendis negotiis recurrentes, se iuste, & humaniter expeditos fore merito gloriantur.

§.1. Cum itaque vos ad laudabile, sincerum, & prosperum regimen Camera prælibatæ nonnulla statuta, ordinationes, & Capitula edideritis, atque feceritis, nobisque propterea humiliter supplicastis, ut illis pro eorum subsistentia firmiori robur Apostolicæ confirmationis adicere de benignitate Apostolica dignaremur.

§.2. Nos igitur vestris in hac parte supplicationibus inclinati, statuta, ordinationes, & capitula præfata per Nos visa, & lecta, ac diligenter inspecta, & examinata, quia mature, prudenter, provide, & digeste edita, & confecta existunt auctoritate Apostolica, & ex certa scientia tenore presentium confirmamus, & presentis scripti patrocinio communitimus.

Tenor vero statutorum, ordinationum, & capitulorum prædictorum sequitur, & est talis.

Incipiunt statuta, & ordinationes Collegii Cam. Apost.

§.3. Omne Collegium, cui Apostolici Fiscii incumbit cura, his personis concluditur, Primum illorum caput est Reverendissimus D. Camerarius, tum Reverendus The-

Ed. A. Dom. 1444.

Proœmium.

Clerici Statuta Camera ediderunt.

Hic Pontifex confirmat.

Quorum tenor hic inferitur.

De Clericorum numero.

De Decani officio & potestate.

De Camera Clericorum, & aliorum locorum in Camera reorum agenda ordine.

Thesaurarius, post Assistentes, qui ex Patrum Clericorum Collegio ad ampliorem dignitatem electi sunt. Post eos Clerici, septem videlicet numero tantum, uti Sanctissimus Dominus Noster Eugenius Quartus Pontifex instituit. Reliqui vero numero præfixo adjecti nihil commodi capientes a voto dando, & a suscipiendis commissionibus abstineant, & solo Clericorum nomine, habitu, & pari sede remaneant contenti.

§.4. Senectutem, quæ apud majores nostros semper venerabilis fuit, observare quoque nos decet. Cumque opportune inter Clericos quispian caterorum nomine plurium rerum curam continuam habiturus sit, is erit merito, qui prius tempore ad Collegium admittus fuerit, modo Curiam incolat: eo autem absente, vel infirmo, proximior tempore subrogetur, huncque Decanum appellare convenit. Potestas cogendi Clericos Camera, tam qui intra numerum sunt, quam ultra, & agenda proponendi, & exigendi singulorum vota, & juxta illa concludendi exigente opportunitate præter causas fiscales, & tempus, quo majoribus occupatur, ad officium Decani pertinet. Altaris, & jocalium eius, ac divini officii, atque Sacerdotis, & quicquid spectat ad ea, Decanus diligentius curet, sigillumque Collegii, & Constitutionum volumen apud se retinens, exacto anno semper singulorum rationem reddat.

§.5. Nihil est quod tam rebus conducatur gerendis, quam ordo: ne qua igitur confusio illo deficiente occurrat, commode proponendum videtur, quo pacto in loco Camera sedendum loquendumque sit. Cum igitur diebus Lunæ, Mercurii, & Veneris, quibus majores nostri jus dicere soliti sunt, convenerint Reverendissimus Camerarius, aut illius Vicegerens, Thesaurarius, Assistentes, & Clerici, reliquæ Ministri Fiscii; primo ac digniori loco sedeat Camerarius, aut Substitutus illius, Assistentes, Decanus, & quidam ex Clericis, e Regione vero Thesaurarius, post reliqua pars Clericorum, eorum sane, qui intra numerum sunt, hique omnes pro tempore dignitatis, aut admissionis eorum. Super numerum autem electi novissimi confideant, nec quisquam eorum sine alba veste, atque cappa loco suo, sed inter pares ultimo sedeat. Post hos autem Auditor Fiscii, Clerici Sacri Collegii, tum Advocatus Pauperum, postremo Advocatus, ac Procurator Fiscii. Præter hos autem omnes nemo ex Ministris Fiscalibus sedeat, sed recti omnes assistant, ut honor, ac decus huius Magistratus gravius observetur. Quicquid a singulis horum proponendum, agendumque fuerit, juxta sedium & temporis ordinem absolvatur, tam in exigendis votis, quam in causarum delegationibus relationibus fiendis: Ita ut pro modesta Patrum, uno loquente, ceteri observato silentio audiant. Nemo loquentem turbet. Nec intra has solum species consistit huius constituti sententia. Quocumque enim hoc celebre Collegium convenerit,

Tom. III. Pars III.

idem ordo, eadem gravitas, ac modestia illibata permaneat. Cum autem jus dicitur observent ostium tres Cursores ad mandata Patrum parati.

§.6. Si pluries mandata negotia serius tardiusque absolvant; profecto majori commodo cedit, uni exequendum committere, quod probatum est plurium iudicio atque consensu. Pro more igitur prisco, solitoque majorum nostrorum singulo Mense, uni ex Clericis demandetur cura præcipua exequendi quæque negocia inter ipsos conclusa, atque definita. Et is qui idem primum constituatur Decanus, tum illi proximiori tempore, atque ita servato ordine præficiantur ceteri sibi invicem succedentes. Quod autem istius fidei, atque diligentie incumbit, idest, ut Bullas Majorum Ecclesiarum, ac Monasteriorum curet concludi capite sub duarum clavium custodia, quarum alteram apud se teneat, alteram servientes armorum, reliquorum autem beneficiorum, quæ supplicatione impetrantur, obligationem juxta ritum Camera accipiat, jocalia undecumque venerint, huic postea dividenda mandantur. Iste tandem omnium vices agens, quicquid inter Collegas communicandum distribuendumque acceperit, libello describat, & instante fine mensis inter Collegas, ceterosque Curie Officiales æqua lance partiatur.

§.7. Sunt igitur minuta quinque, quorum distribuendi onus nostrum incumbit officio, hoc ordine partienda. Primo namque minuto, quod ad Camera Apostolicam spectat, in quatuor partes æquales, tres partes Dominus Camerarius accipiat divisio, reliqua vero Clerici emolumenta percipientes inter se æqualiter metiantur. Aliud vero minutum Cancellaria assignatum item in quatuor partes scindatur, quarum tres Dominus Protonotarius adscribantur, residua autem bipartita, una Domino Vicecancellario cedat, alia item æqualiter subdivisa, una literarum Apostolicarum Correctori, altera vero pars contradictarum Auditori detur. Est & tertium minutum in duas partes æquales dividendum, quarum una Capellanis commensalibus assignata, reliqua quadripartitur, ex quibus Cubicularii unam, tres autem alias Scutiferi honoris sibi recipiant partes. Quarto minuto similiter quadripartito una partium Magistris Hostiaris tribuatur, altera vero partium una Custodibus Portæ ferreæ, altera Curforibus distribuatur, Duæ reliquæ huius minuti partes in septuaginta, & unam particulas veniunt dividenda, ex quibus Servientes armorum quadragintanovem, Bullatores tres, Panetterii tres, Cubicularii tres. Item Magister equorum unam cum dimidia, Clericus equorum unam, Palafrenarius, & Scopatores quinque, Magister pagnotæ duas, Hostiarii primæ Portæ unam, Primus Coquorum unam cum dimidia, Clericus coquinæ unam, lotores utensilium coquinæ unam partes excipiant. Reliquum quod superest minutum, Officialibus,

De Clerici mensarii munere circa occurrentia singulo mense.

De Minutorum quinque servitiorum divisione, ejuque modo.

De Clericis
Supranumerariis admit-
tendis.

libus, & familiaribus Cardinalium clar-
giatur.
§.8. Quicumque ab Apostolica Sede
Clerici Filii designati fuerint, non prius
a Collegio admittantur, quam aureos vi-
ginti sex Collegio Camera numeraverint;
admissos autem illos intelligimus, qui
etiam ultra numerum ad Sedem habitum-
que recipiuntur. Memorata vero summa
hoc pacto distribuatur, ut aurei viginti
ad usum Altaris cedant, sex autem reli-
qui pro veteri more, jure localium divi-
dantur. Cum autem Clericorum loca, qui
intra numerum sunt, vacaverint, Prio-
rem ex his, qui præter numerum sunt, aut
quem Summus Pontifex iusserit, in locum
vacuum Collegium subroget. Isteque om-
nium lucrorum commoda, quemadmo-
dum & reliqui percipiat. Qui autem ad-
mittitur ad Collegium, iurejurando polli-
ceatur servare, custodireque statuta, &
probatos mores hujus celebris venerandi-
que Collegii.

De Clericis
ad amplior-
em dignita-
tem evectis.

§.9. Quos vita præstantia, clari mores,
aut excellentia doctrinæ, ad Episcopalis,
vel alterius dignitatum gradum exerit,
summa veneratione, & liberalitate profes-
sionem convenit, quandoquidem honori, &
amplitudini nostræ plurimum cedat. Ille au-
tem, qui e nostro Collegio promotus tran-
slatusve etiam sæpius fuerit, semper quic-
quid ceteri debent minorum Sacri Si-
gilli omnique alterius solutionis Camera-
rio, Theaurario, Clericis, & Notariis,
minime solvat, sed ea omnia libera patrum
donatione suscipiat. Quicquid autem illi ex
communi lucro deberetur exacto mense,
omne ad Altaris usum perveniat.

De infirmis
quoque, &
absentibus.

§.10. Infirmos corpore pietatis officio
amplecti humanum piæque videtur: prop-
terea si quem in Curia præsentem vexaverit
morbus a percipiendis lucris commu-
nibus, velut ceteri Fisco servientes mini-
me excludantur. Quod si ad balnea vel
alia loca salubrioris aeris aliis oportuerit
fecedere, cujuslibet commodi partici-
pans sit integro Mense. Cum vero di-
turnior fuerit ægotatio, bimestri tantum-
modo accedente suffragio plurimum ex Col-
legio lucra obvenientia excipiat. Absen-
tes autem publicæ, vel privata rei causa,
nihil omnino percipere, aut petere valeant,
nisi duarum ex tribus partibus votis de-
cernatur.

Deceden-
tiumque exe-
quias.

§.11. Extremum hujus vitæ diem, &
mortem indubiam prudentis est præmedi-
tari. Cumque omnibus sit communis fors
& moriendi lex, pietatem summam præ-
stare defunctis ad nos potissimum pertinet,
qui in sortem Domini vocati sumus. Si
quem igitur ex nostro Collegio mori con-
tingat, præsentem aut absentem, qua die
sepulchro mandatur, Funus aut nuntium
mortis advenerit, vel intra biduum pro-
ximam exequiæ solemniter celebrentur,
quibus interfit omne Collegium, & Missæ
triginta dicantur, omnemque hanc impen-
sam pro dignitate, & gradu defuncti
Collegium exsolvat. Liberum autem sit
hæredibus, aut fideicommissariis defuncti

preter eam summam quicquid in piam cau-
sam voluerint erogare.

§.12. Religionis causam semper, &
ubique præcipuam extitisse nemo nisi imperi-
tus ignorat, legimusque Salomonem sapientis-
simum Regem longe diligentem fuisse in ædificanda domo Dei, quam Re-
gia. Hanc ergo cum singulari zelo, &
animo fervore prosequamur; Decernimus
Collegium nostrum habere Altare instru-
tum omnibus decenter quidem ac or-
nate, quæ ad Sacrificium celebrandum
necessaria sunt, & illæ quæ, ut in anterio-
ribus diximus, Decani diligentia manden-
tur, cujus vigilantia, & studio semper
incrementum divino cultui dedicata susci-
pian. Omne autem Collegium nostrum
præter festa, quæ ab Ecclesia observantur,
præcipua veneratione singulis annis cele-
bret diem constantissimi ac felicitis Marty-
ris Laurentii, ita ut Vesperas, & solem-
nem Missam adstantibus Reverendissimi
Dominis Cardinalibus, & ceteris Præla-
tis celebrari curent. Sacerdotem quoque
qui diebus festis, & quibus Collegium
convenit pro jure reddendo, Missam cele-
bret, Collegium conducatur, illique in
præsidium vitæ annuum salarium consti-
tuatur. Nulli ergo &c.

De Altaris
ornamentis,
& Missæ, aliis
que Officiis
celebrandis.

Datum P. A.
14. die 6. Jul.

XXXII.

Quod de quibuscumque rebus ad Urbem
delatis seu quomodolibet ratione con-
tractus alienatis, vel commutatis semel
dumtaxat vengigal debitum exigatur.

Ex regest. in
Archiv. Vat.
tic.

EUGENIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

§.1. CUM VESTIGALIA, & Gabellæ ad su-
sultationem, & tutelam Civita-
tum, Terrarum, & Locorum constituta
fuerint, ut quando rerum, & temporum
conditio postulet, ex emolumentis di-
ctarum Gabellarum necessitatibus Civita-
tum, Terrarum, & locorum, in quibus
impositæ sunt, subveniri, & opportuna
suffragia ministrari possint: cumque ea
gabellarum onera, quæ Curialibus, ac sub-
ditis nostris detrimentum afferunt, aut
moderari, aut tollere penitus intendamus:
ad nostramque notitiam perventum sit,
quod de eisdem mercantiis, rebus, & bonis
videlicet ex prima eorumdem venditione,
& ipsorum revenditione in hac nostra Al-
ma Urbe, & plures Gabellæ exiguntur;

Causæ hujus-
modi Consti-
tutionis.

§.2. Nos ne Curiales, & subditi hu-
jusmodi res ad eorum Viduum necessarias
majori pretio, quod æquum, & rationabile
sit, emere compellantur, paternæ charita-
tis studio provocati hujusmodi immodera-
tæ exactioni remedium adhibere volentes,
auctoritate Apostolica tenore præsentium
hac irrefragabili Constitutione sancimus,
& decernimus ut ex singulis Mercantiis,
rebus, & bonis quocumque nomine cen-
scan-

Statutum de
quo in Ra-
brica.

XXXIII.

Approbatio Ordinationum in Capitulo Ro-
mæ actio præfinitarum, pro reformatio-
ne Monachorum Græcorum S. Basilii in
Provinciis Sicilia, Calabria, & Apulia.
EUGENIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI

Ad futuram rei memoriam.

Inter curas multiplices quibus occurren-
tium rerum, negotiorumque varietati-
bus obidemur, illam vigilantius amplecti-
mur, per quam regulares Ordines, & loca
jugi sanctimoniam dedita, prout congrue
prospicimus, in spiritualibus, & tempora-
libus prosperitatis optatæ contingant even-
tum, unde efficacis ad id sollicitudinis stu-
dium apponere cupimus, & provisionis sa-
lutaris adhibere remedium, ne Ordines,
& loca ipsa Apostolica, quod abest, pro-
videntiæ destituta consilio, deformationis
subiaceant opprobrio, sed libentius cursu
temporis continuum, dante Domino, in
eisdem spiritualibus & temporalibus susci-
pian incrementum.

Proemium.

§.1. Sane ad nostri deducto notitiam,
quod plurima Monasteria & loca Monaco-
rum Græcorum Ordinis S. Basilii in Regno
Siciliæ, citra & ultra Farum essent, quæ in
multis reformatione indigere videbantur,
Nos inter alia mandavimus, omnibus, &
singulis Abbatibus dicti Ordinis de cele-
brando Capitulo ad Urbem Romanam, ut
certo tunc expresso, & ad id per nos statu-
to termino personaliter convenirent, ibi-
dem tractaturi & ordinaturi, quæ pro Re-
ligionis decore, & hujusmodi Ordinis com-
modo, utilitate, & conservatione expe-
dirent.

Eugenius
cognoscens
Monachos S.
Basilii in re-
gno Sicilia in-
digere refor-
matione, Ca-
pitulum Ro-
manum cele-
brari iussit.

§.2. Postmodum vero dilectis filiis præ-
fati Ordinis in prædictis Insula, & Regno
consentientium Monasteriorum Archiman-
dritis, & Abbatibus, cum nonnullis aliis
eiusdem Ordinis personis, sub Græcorum
ritu vivere consuetis, in prædicta Urbe pro
præmissis congregatis convenientibus, post
maturam, quam desuper inter se habuerunt,
deliberationem, concordarunt & ordina-
runt, ac in hoc singuli scilicet, aut major
pars eorum expresse consenserunt, videli-
cet quod ex singulis Sicilia, et Calabria, &
Apulia dicti Ordinis Provinciis, unus esset
eiusdem Ordinis Visitator, qui in illa ex
Provinciis hujusmodi, in qua pro tempore
deputatus fuerit, cum uno socio, cujus
consilio in omnibus agendis uti debeat, mo-
nasteria, & loca prædicta tam Monaco-
rum, quam Monialium sub prædicta regula
degentium, tam in capite, quam in mem-
bris visitare & reformare, ac personas ibi-
dem corrigere, aliaque, quæ ad hujusmodi
visitationis & correctionis officium de jure
vel consuetudine pertinebant, facere, &
exercere possent, & deberent.

In quo statu-
tum fuit, ut
Sicilia, Cal-
abria, & A-
pulie provin-
ciis Visitator
constitueretur,
qui final
canonicis Con-
siliario loca,
& personas
visitet, & cor-
ripiat.

§.3. Quodque Visitatores dicti Ordinis
pro tempore existentes a quolibet dictarum
Provinciarum Ordinis hujusmodi Monaste-
rio, sive loco, illam pecuniarum summam
sive quantitatem, quæ inter Archimandri-
tas,

Tamque
pro salaris
Magistrorum
& expensis
studentium,
modo, & for-
ma hic præ-
scriptis exi-
gat.